



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Arsenius C. 19. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Iulii.
ertæ,
ipse-
cum
cum,
gelus,
divi-
e; &
F.
gem
actū!
Sci-
san-
cent-
x ec-
mni-
a ma-
a, &
cen-
n ap-
filios
am &
e mo-
neos?
i viri
Dixit
e for-
ne ad
ugnā
CRE-
NIMP
TIVS

353 VITÆ SANCTORVM. 19.Iulii.
TIVS umbilicum, NEMESIS cor trajicitur, &
omnes adversa vulnera sibi gratulantur. Jam EV-
GENIUS in duas partes, at JUSTINVS, ut amplius
augeret fraternal aciem, membratim dissecatur.
Denique STACTEVS omnium telorum stat sco-
pus. Neque jam Tyrannus prohibere potuit, quod
minus fratres secutus ad astra evolaret: pennas tot
fagittæ addiderunt. Ex Rom. Brev.

*Est bonorum Adolescentulorum timorem Dei habere,
deferre parentibus honorem, castitatem tueri, non
aspernari humilitatem, diligere clementiam ac vere-
cundiam; qua ornamenta sunt minoris aetatis. S.Bern.
l.de Ord.Vitæ.*

S. ARSENIUS C. 19.Iulii.

ARSENIUS bonis artibus & virtutibus juxta-
clarus Arcadium & Honorium Theodosii
Aug. filios literis imbuendos & pietate accepit:
quod muneris tanti pius Imp. fecit, ut eum non fi-
liorum modò sed suum etiam parentem dici vo-
luerit. Quid? quod ubi sedentes pro dignitate
stans docuit, interveniens Theodosius stare im-
posterum filios & audire sedentem jussit, timen-
das imperii secures literatis scholæ fascibus sub-
mittens, quos cum in gravius delinquentem Arca-
dium strinxisset ARSENIUS, necem ille Doctori
inferre molitus est, penè Nero ex Arcadio factus.
Adeò non jam primum bonorum Magistrorum
didactron odia & insidiæ sunt discipulorum. AR-
SENIO interim vox cælo hæc accidit: *fuge, tace,*
quiesce. Fugit itaque sed aulæ servitutem: tacuit
Eremi discipulus, sed Doctorem Angelum habuit.
Hic vana hominum studia illi depinxit primò in
Æthiope, qui levando, cui impar erat, oneri, alia
atque

atque alia identidem ligna adjiciebat; tum in homine, qui aquas ridiculè cribro hauriebat: demum in duobus, qui cum tigno transverso angustam subire portam contendebant; è quibus primus peccantium, alter ambitiosorum, duo alii invidorum erant typus. Denique beatâ morte ARSENIVS quievit annos natus C.XXI. & tunc etiam talisque mortem horruit. Certè vivus semper cum strophio visus est, quod lacrimas biberet, quas mors exprimebat, expressura etiam nobis, si cum ARSE-
NIO memoriæ impressam altius gestaremus. Ex Metaphr.

*Necesse est, ut illis escat dies patientiae, per quam omnia dura tacitâ amplectaris conscientiâ, te magis di-
dicans, cui displicant, quæ ad salutem sunt, & in cogita-
tione tuâ semper partem Magistri adversus temetipsum
juvans, neq; accusare, illum excusare laborans. S.Bern.
serm, de Circumc.*

S. MARGARITA V. M. 20. Iulii.

MARGARITAM in manus damus, vel cælo ju-
dice preciosam. Adolescentula clam parenti-
bus Sacra nostra edocta est. Eam ob causam ad
Olybrium Præsidem raprata fuit, ipso (nefas!) pa-
rente filiam accusante. Gravius etiam periculum
cudebatur, quando Judex à formâ MARGARITÆ
captus amatorem induit, & mollibus armis, blan-
ditiis pugnam movit. Elusit tamen insidias Virgo
prudens, & Præses larvâ amoris positâ tyrannum
prodidit. Virgis initio cæsa, tum uncis lacerata &
in carcerem data. Ibi quoque fatigatam recens
hostis Orcus exceptit, Draconis exuviis horren-
dus. Sed hunc objecto scuto Crucis repulit pre-
cumque jaculis confixit. Victrici Superi tro-
phæum